Ante discessum Mgñci Dñi Joannis Zamoiski Cancellarij Regni ad Russiam vel Leopolim.

De rebus quibusdam ad Cancellariæ negocia ac expeditiones pertinen̄ admonitio et ordinatio ab Illri Mgnco Dno Regni Cancellario nec non Rndmo Dno Vicecancellario facta Crac: die XVIIJ Januarij Aº. M. D. LXXXIIJ.

Illa erunt Notarijs omnino obseruan̄ ne ad vlterioris temporis quam sex Mensium decursum spacium saluos conductus concedant neq; pluribus quam vni personæ et ne à formula præscripta vllo in verbo discedant.

De saluo conductū forma.

Stephanus etc. Significamus etc. Nos certis de causis accepisse in patrocinium et nrām protectionem Regiam Famat N. N. cui securitatis ipsius causa saluum conductum nrūm Regium à vi et potentia non aūt à iure ad spacium sex mensium concessimus concedimusq; hisce lrīs nrīs quo fretus tuto ac secure ac sine per horescentia quarumcunq; personarum in Regno et Dominijs nrīs versari negociaq; sua quævis licita et honesta peragere possit persona rebusq; ipsius omnibus sub nrā protectione saluis manentibus. Ita tamen vt omnibus de se conquerentibus in foro suo competenti sese iustificatione teneatur. Eum quoq; vt beneficio hoc nrō non abutatur, geratq; et ipse se pacate erga omnes neq; rixarum et contentionum occasionem det. Et præterea vt illi à quo potissimum vim metuit ad notitiam id officiose deducat et intimet. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magistratib. locorum quorumuis notumus volumus esse mandantes vt requisiti à præfato N. N. vel ipsius Mandatario has lrās salui conductus nrī publicari Præconis voce ac ad omnium notitiam deduci curent. Iniungen̄ oībus ne quis con̄ prænominatum N. N. vi et armis attentet. Sed iure mediante de oībus Controuersijs cum illo experiantur sub pœnis in violatores salui conductus nrī sancitis. In cuius rei fidem damus etc.

Sublatio Bannitionis.

Stephanus etc. Significamus etc. Quia ad supplicationem nomine Gnosi N. apud nos factam Bannitionem quæ con̄ illum in Iudō Castren̄ N. ad instātiam Instigatoris Officij loci illius ex delatione Nobilis N. N. in causa Ciuili occone N. N. edita et promulgata est hinc ad spacium sex Mensium subleuandam et suspendendam esse duximus subleuamusq; et suspendimus lrīs hisce nrīs idq; eam ob causam vt de male (vti asserit) obtento contra se processu iure agen̄ habeat facultatem cuius quidem sublationis nrǣ beneficio ille ad temporis suprascripti spacium in Regno et Dominijs nrīs versari ac coram quibusuis iudiciorum ac officiorum subsedijs comparere

causasq; suas defendere ac negocia quaevis licita et honesta peragere poterit Ita tamen ut rei iudicatae parere teneatur neq; executioni ulteriori in bonis suis non aut persona à brachio nro Regali facien. sese opponat illisq; per se aut submissas aliquas personas contra veniat. Alioqui ipso facto omne sublationis eius sibi concesse beneficium amissurus esset exequtioq; in personam citiam ipsius secundum legum praescriptum extenderetur. Quod oibus quorum interest praesertim vero Capitaneis nris locorum quorumuis notum esse voluimus Mandantes ut has sublationis nrãs lrãs seruat. de iure seruand. in acta sua Castren. inscribi et praeconis voce publicari faciant eamq; et ipsi obseruant et ab alijs obseruari curent secus pro gratia nrã non facture. In cuius rei etc.

Hanc sublationis formulam Notarij obseruent neq; in Causa Criminali sublationes dent.

Prorogationum formula.

Stephanus etc. Significamus etc. Quod cum exposit nobis esset nomine Gnosi N. cum impetrata à nobis sublatione Bannitionis contra se in Judicio Castren. N. ad instantiam Instigat. Officij loci illius ex delatione Nobilis N. in Causa Ciuili occasione N. N. edite non potuisse hoc temporis spacio causam de indebito iuris con. se processu cum parte sua aduersa ob non celebrationem iudiciorum terrestriu. aliaqua impedimenta legitima ac Juridica ad finem suum deducere supplicaretq; nobis pro ulteriori eius. sublationis prorogatione Nos animaduersa eius supplicationis aequitate inhaeren. legibus atq; Statut. Regni nri sublation. eand. ulterius hoc est ad spacium sex mensium à data praesentium computan. prorogan. duximus esse Prorogamusq; hisce lris nris cuiusquid. prorogamus ut supra Ita tamen ut coeptam de processu con. se ill. legitimo Causam sine intermissione prosequatur interea tn. rei iudicatae pareat neq; executioni ulteriori etc. ut sup. etc.

De Citationibus obseruandum.

Citationes dari et sigillari non debent nisi prius in maiori quidem Cancellaria Psilicki et Zychinski in minori vero Rndus Dominus Referendarius vel Jemielkowski eas viderint. De quibus illi omnibus rationem in Conuentu reddere tenebuntur. Sigillatores vero nullam sigillare debebunt nisi adiectum fuerit à tergo vidisse aliquem ex sup. scriptis.

In comunibus quibusuis expeditiones obseruãdu.

Nihil edatur ex Cancellaria nisi in maiori quidem Cancellaria Rndi Dni Secretarij Maioris Do: Piotrowski et Psilicki In minori vero Rndi Dni Referendarij Bilinski et Jemielkowski subscriptio videatur De oibus vero quae in Cancellarijs fiunt referatur in maiori ad Rndum Do: Secretarium Maiorem in minori vero ad Rndum Do: Referendarium qui deinde comunicabunt inter se de omnibus dicebuntq; ne contrarium quid edatur ex Cancellaria utraq;.

De Decretis.

Decretorum Notarius videbit diligenter ut in scribendis Decretis Citlonis vel rei de qua agitur expreſſe fiat mentio verba autem ambigua quæ vel cauſas suſpendant vel dubitationi alicui locum dent evitentur Decretum etiam non extradatur niſi prius in partis utriuſq; praſentia lectum fuerit Quod si inter partes de eo non convenerit ad Dominos Referendarios et pro rei exigentia ad D. Cancellarium et Vicecancellarium referatur Decretaq; ex partium conſenſu fuerint non ſcribantur à Notario niſi Do: Referendarioꝝ vel Do: Cancellarij aut Vicecancellarij iuſſu.